Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium secundum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

initio Christianus, sed propter virginem quoddam cum Christiano habitum turpiter postea à fide defecit. Hæc de libello et vita Autoris.

# Dubium Secundum

## Vtrum definitio Generis à Porphyrio tradita sit bona. Et an sit Essentialis?

## Conclusio Prima

Definitio generis à Porphyrio tradita bona et legitima est. Est autem eius definitio hæc. Genus est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid prædicatur. Hæc Conclusio est certa. omnes enim unanimi consensu Porphyrii definitionem recipiunt. Explicatur Definitio. — Definitio Generis descriptiua

Locum Generis obtinet li prædicari de pluribus quia hoc non conuenit genus cum cæteris prædicabilibus — Genus in definitione.

q̄ de pluribus affirmantur. Per 1m specie differentibus differt genus à specie, q̄ non p[raedica]tur de pluribus specie, sed numero tm, ut patebit infra. Per 2m in q[uid] differt genus 1o à proprio, q non p[raedica]tur in q[uid]. Differt 2o ab accidenti, ut patet. 3o et à differentia q̄ non p[raedica]tur absolute in q[uid], sed in quale q[uid] habet, et mahum alteri adiacentis. Exemplum fit aut, q[uod] d[icitu]r genus. Quia imprimis p[raedica]tur de pluribus specie distinctis, p[raedica]tur n[am] de hoie, et bruto q̄ duo specie differunt. Illa d[icun]tur specie differre, q̄ habent diversas differentias, unum genus intrinsice dividentes, ut rate et irrate. Praedicatur et ultra aut de illis in eo q[uod] q[uid]; interrogantur n[am] q[uid] sit ho et q[uid] brutum, et recte R[espondetur]. aut.

## Conclusio secunda.

Haec definitio Porphyrij non est essentialis, seu q[ui]dditativa, sed accidentalis propria seu descriptiva. Hanc tenent et caeteri autores et p[roba]tur rae. Illa definitio q dat proprietatem, est accidentalis propria, seu descriptiva, sed haec definitio est eiusmodi. ergo non est essentialis. sed descriptiva. mai. patet ex summulis 1a parte dub: 10. de definitione pag: 93. p[roba]tur min: haec definitio dat praedicabilitatem, sed praedicabilitas est proprietas univis; ergo haec definitio dat proprietatem min. patet ex dictis supra, n. pag: 333. dictum ex eorum

aliquid

aliquid potest esse in multis, seu ut tanquam proprietas quaedam quae potest praedicari de multis. ergo praedicabilitas est proprietas quaedam fluens ab essentia universalis. Genus ergo est universale, si quod definitur per praedicabilitatem, utique definitio non essentialis sed descriptiva.

## Conclusio tertia.

Essentialis et quidditativa generis definitio haec est. Genus est Universale respiciens plures species in eo quod quid.

Definitio Generis essentialis et quidditativa

Probatur quod sit essentialis definitio. Illa definitio essentialis quae datur per genus et differentiam, sed haec definitio est huiusmodi. ergo est essentialis. maior patet, minor vero. genus in hac definitione est Universale quod ut dictum est, genus est respectu 5. praedicabilium. Differentia est, respiciens plures species. per hoc enim differt per a specie genus, quia illa non respiciat plures species, sed tantum plura numero. Per li in quid, differt a proprio et accidente; et etiam a differentia quae, licet [struck] praedicetur non tamen absolute in quid, sed in quale quid, hoc est per modum alterius adiacentis. Genus vero praedicatur absolute in quid tanquam aliquid per modum per se stantis.

1. Genus in definitione est Universale.
2. Differentia, respiciens plures species.
3. Li in quid.

Alii alias dant definitiones. Ut genus est universale cui subiiciuntur plures species quidditative. 1.
Item genus est unum quod est in pluribus speciebus in quid. 2.
Alii definiunt hoc modo. Genus est universale esse multis speciebus differentibus tanquam pars essentiae, ad modum per se stantis; quae definitio bona est et a nostra non multum distincta, si tamen recte intelligatur. 3. /.

1. Definitiones variae a variis autoribus assignatae.

Et quidem haec ultima definitio satis bene explicat naturam generis nec refert si particula quaedam remaneat in illa quae a Porphyrio non fuit explicite assignata

intelligunt tn̄ satis clare, q̄ illa eo n. ipso q̄ genus
p̄dicatur de pluribus spē differentibus in eo q̄ q̄d, p̄dicatur
de illis ut pars essentiæ supponens et connotans differentiam
p̄dicabilem de inferioris essentia, sicut ratio de essentia hominis.
Similiter eo ipso q̄ spēs p̄dicetur in q̄d de pluribus tn̄
numero differentibus p̄dicatur ut tota essentia; in quibus individuan-
tur superaddunt differentias individuantes q̄ non spectant
ad essentiam rei, sed tn̄ ad perfectionem materiam. Differt
itaq. genus à spē non p̄cise, et solum q̄merba sonam
per hoc q̄ prædicetur de pluribus spē differentibus, sed q̄
p̄dicetur ut pars essentiæ: spēs vero p̄dicatur ut tota essentia,
et hæc differentia inter genus et spem colligitur ex ipsa
defīne supra assignata et explicata. Modus ergo di-
versus prædicandi sive respiciendi inferiora di-
versificat fruttier p̄dicabilia.
Per ultimam partem in illa defīne positam,
differt genus à differentia, quod sc: p̄dicetur in q̄d, ad modum
per se stantis; hæc ad modum alicuius modi seu sub-
stantiæ, cui alia forma quasi adiacet. Differentia
n. ut dictum est licet p̄dicetur in quid, cum sit pars
essentiæ, tn̄ q̄a dicit illam partem per modum adia-
centis non habet eundem modum p̄dicandi, et consequenter
non est idem universale, seu p̄dicabile cum genere, sed
spē ab illo diversum.
Ex his facile solvi poterit argumentum, q̄ contra probari
solet esse plura p̄dicabilia quam 5. quodcumque huiusmodi
Genus q̄ hoc differt à spē q̄ illud p̄dicetur de pluribus spē,
ista de pluribus numero differentibus. ergo et differentia sub-
alterna, et differentia ultima distinguuntur spē, q̄a illa

p̄dicatur

praedicatur de pluribus specie, haec de pluribus numero dif-
ferentibus. quod patet. ratio n. quia differentia ultima, dicitur
de petro et paullo, qui tamen numero differunt: sensibi-
le vero, quae differentia subalterna dicitur de homine et leone,
qui specie differunt. Consequentia recte infertur, nam n. iii,
dum maior ratio unius quam alterius; ad 4. facile potest
responderi ex dictis, illam distinctionem quae inter
genus et speciem infertur cedit non posse sumi ex eo
quod genus de pluribus specie, species vero de pluribus
numero praedicetur, sed sumi ex eo, quia habent omnino
diversum modum praedicandi; ita quod genus praedicetur
ut pars essentiae; species ut tota essentia. quod diversus modus
praedicandi ut explicatur, in ipsorum definitione continetur,
differentia vero infima et subalterna habent eundem
modum praedicandi sive dicantur de pluribus numero
sive specie differentibus. sensibile siquidem dicitur de
homine et leone in quale quid; hoc est quod modum ad-
iacentis. eodem modo dicitur rationale quod est differentia ultima,
de petro et paulo. quare differentia ultima et subal-
terna non distinguuntur specie, quia non habent terminos
formaliter specie distinctos; formaliter in quantum, maxime
quidem certum est quod differant specie, sed in modo respi-
ciendi et praedicandi plane conveniunt, ex quo
modo ratio formalis termini in praedicabilibus est
desumenda.

Obiicies 10. Quidquid definitur essentialiter,
per genus et differentiam debet definiri, sed genus in
communi non potest per genus et differentiam definiri. ergo non
potest essentialiter definiri. maior constat ex similis

probatur min. Genus in Ente comprehendit sub se 10. suprema genera praedicamentorum, sed haec suprema genera non habent supra se aliud genus, alias non essent suprema genera, ergo genus in Ente non habet aliquod genus per quod possit definiri.

R. Concedendo mai. et negando min. ad probationem item R. concedendo mai. et distinguendo min. genera suprema non habent supra se aliud genus si considerentur secundum suam entitatem, vel secundum suas naturas reales, quae in praedicamentis coordinantur, concedo min: si considerentur secundum universalitatem suam quatenus habent 2am intentionem generis, nego min. haec n. ratione habent genus, et hoc genus est univocè; non quidem respectu illorum praedicamentorum quatenus secundum suas naturas reales absolute considerantur, sed quatenus habent esse cognitum et abstractum à suis inferioribus per differentias rationis cuius esse sunt unitiva et genera subalterna logica.

Obicies 2o. Idem non potest esse inferius et superius respectu eiusdem, sed si genus in Ente definiretur per aliud genus esset superius et inferius respectu eiusdem. ergo genus in Ente non potest definiri per aliud genus. mai. patet. inferius et superius sunt opposita quae non possunt uni et eidem convenire. probatur min. quia esset inferius illo genere per quod definiretur, quia genus in Ente est superius ad omnia genera

in

in particulari, sed genus per quod definiretur genus
in communi aliquod genus in particulari, ergo esset
superius respectu illius, quia vero et esset inferius illius patet,
quia omne quod definitur per genus est inferius ad illud, quo
definitur, ut patet in homine, qui est inferior ad animal
quia per illud tanquam per suum genus definitur, ergo et
genus in communi erit inferius ad illud genus unitate
scilicet per quod definitur, vel in hoc conveniet genus
cum aliis unitis. Quae etiam sunt inferiora respectu
unitatis, quae est genus praedicamentum illorum.

R. Distinguendo maiorem: idem non potest esse
superius et inferius respectu eiusdem secundum eandem
rationem, concedo maiorem. Secundum diversam rationem
nego maiorem. Eodem modo distinguo minorem.
Pro cuius intelligentia nota quod genus per quod
definitur genus in communi essentialiter sit unitas, in qua
essentialiter omnia praedicabilia conveniunt, quae unitas est
superius et inferius genere in communi quod definitur sub diver-
sa ratione; superius quidem est essentialiter, inferius accidenta-
liter et denominative. Quia accidentaliter
genus denominatur in particulari quod natura ut ceteris
praedicabilibus praescindendo quae ipsae (?) differunt in ratione
praedicabilis, et sic non habent rationem generis in
particulari. Eadem ratione genus quod nos hic de-
finimus est superius quam unitas in ipsis definito
posito non essentialiter; quia unitas essentialiter non est
genus, alias omnia praedicabilia essent genera, sed
est superius accidentaliter, quatenus est genus in com-
muni accidit. Est vero inferius essentialiter, haec enim est essentialis (?)

praedicam, genus et unitas quae duo non repugnant
sed bene possunt uni et eidem convenire secundum diver-
sam tamen rationem conferentium in illis intentionibus
logicalibus. Per hanc doctrinam solues et ali-
ud argumentum quod fieri solet hoc modo. Nihil potest
definiri essentialiter nisi sit species, sed genus non est
species, imo specie distinguitur ab illa, ergo non potest
essentialiter definiri. Respondeo distinguendo maiorem. nihil
potest definiri nisi sit species in esse et essentialiter nego
maiorem. nisi sit species in parti vel accidentali-
ter concedo maiorem. tunc ad minorem. sed genus non est
species in esse vel essentialiter concedo minorem. non est species in
parti vel accidentaliter, nego minorem. ergo non
potest definiri essentialiter, nego consequentiam. ex eo n. quod genus
abstrahatur ab omnibus generi suis quae in ratione generis tantum
numero differunt constituitur accidentaliter vel de-
nominatiue quaedam species in parti. sicut et
homo ex eo quod abstrahatur a paulo et petro quae tantum
numero differunt, accidentaliter vel denomi-
natiue constituitur in ratione alicuius speciei partis.
ex quo tamen non licet inferre, quod primum praedicabi-
le genus sic non distinguitur a specie secundo praedica-
bili, quia primum praedicabile non est haec vel illa species
in parti, sed species in esse. genus autem non est species
in esse sed in parti, sicut et distincte species re-
spectu abiunm distinctum, solo numero differen-
tium. Ita non sequitur ex hoc primum praedicabile
non distingui a secundo.

Oliuicus

Obiicies 3o. Haec Porphyrij definitio nullum habet defi-
nitum, ergo non est legitima. consequentia patet. probatur antecedens.
definitum huius definitionis non est 2a intentio generis, neque
natura realis substrata intentioni, neque aggrega-
tum ex natura reali et intentione 2a. ergo nullum habet defi-
nitum. Probatur antecedens inprimis quod definitum non sit 2a
intentio generis; illa non praedicatur de pluribus specie
differentibus sed tantum numero, ergo non est definitum
in hac definitione; quia illud praedicari debet de pluribus specie.
Quod non sit ipsa natura probatur. definitio competit essentialiter
definito, ut patet in animali rationali respectu hominis,
sed naturae v.g. animalis aut planta non convenit haec
definitio essentialiter ergo natura non est definitum in hac definitione.
probatur minor. praedicabilitas est essentialiter ens rationis, sed nul-
lum ens rationis convenit essentialiter enti reali, ergo nec haec
definitio conveniet essentialiter naturae reali, quia intrinsice dicit
praedicabilitatem, ut ex ipsis terminis patet.
Quod et 3o. definitum non sit aggregatum reale
ex natura reali et 2a intentione probatur. nullum ens
per accidens potest essentialiter unica definitione definiri, sed
aggregatum ex natura reali et 2a intentione est
ens per accidens, ergo illud non erit definitum huius
definitionis. maior ex similis colligitur, nam una essentia
unam tantum habet definitionem, sed ens per accidens non
habet unam essentiam, ergo nec habet unam definitionem.
Quod vero aggregatum hoc ex natura reali et 2a
intentione sit ens per accidens patet, componitur
enim non tantum ex rebus ad diversa praedicamenta spec-
tantibus, sed ex rebus quae sunt plane diversi
ordinis et lineae. ergo non potest definiri
Hoc argumentum petit quodnam sit definitum in
definitione

dtiõe generis assignata à Porphyrio.

Ad q. R. imprimis definitum huius dtiõis non esse rãm realem q. substernitur 2a inten-
tionis, ut bene ptat 2a ratio: neq. et esse ag-
gregatum, neq. 2am intentionem generis in
abstracto, ut bene quoq. ptat argtum. Secundo de-
finitum huius dtiõis e 2a intentio in concreto.
2a intentio in abstracto e ipsa forma rela-
tiua generis qua nãe ees denominantur
genera, et hęc forma in abstracto uocatur
generalitas. 2a intentio in concreto nihil
e aliud quã forma illa relatiua rõis quę de-
nominat ipsam nãm, uel qualenus in ipsa
nã constat suum effectum quasi subiectum; et hęc
2a intentio in concreto, dr genus: qę termi-
nus connotatiuus dicens formam et sbtum.
Ad argtum ergo in forma R. Negãdo ans. ad proba-
tionem distinguens ans. definitum in hac de-
fitione non e 2a intentio in abstracto concedo ans.
sed e 2a intentio in concreto, nego ans. et
huic intentioni in concreto conuenit optime dtio
assignata.

Sed contra dices. 2a intentio generis nullam
hbt mãtiam cui applicetur. ergo non definitur hic 2a
intentio in concreto. consequentia patet, qa concre-
tum hbt nãm et formam. Sed pbo ans, illa
mãtia uel esset ens reale uel rõis, sed nul-
lum horum pt dici. ergo nullam 2a hbt mãtiam. pbo
item ans. imprimis non e ens reale. alias
entia rõis non possent habere rõem generis
q. falsum e. unitas subiectum e ens rõis, et tamen ul-

, dic

dictum est genus respectu 5 praedicabilium. neque et
materiale generis est ens rationis, alias nulla natura realis
posset esse substractum huius 2ae intentionis
generis [illegible] sed falsum hoc esse patet in
animali, quod vere genus dicitur respectu bruti et hominis.
R. ad hoc argumentum negando antecedens, quod genus sit [illegible], vel
tamen habeat materiale, cui sua ratione sustentum ap-
plicet. ad probationem dices. materiale generis neque
esse ens reale tantum, nec rationis tantum, nec etiam esse
aliquid unum abstractum ab ente reali et rationis.
alias daretur enti reali et rationis aliqua ratio uni-
voca communis, quam tamen nemo admittit. sed materiale
quod respondet 2ae intentioni generis sunt
omnes naturae genericae per modum unius materialis communica-
tae. et haec communitas vel unitas convenit eis
eo quod omnes sint denominabiles ab illa 2a
intentione generis, ratione cuius possunt dici
unum formaliter, seu materiale 2ae intentionis generi-
cae.

# Dubium Tertium

## Utrum genus praedicetur ut totum; an ut pars de specie: Et utrum possit genus in una specie versari?

Pro